Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Rogozinski Winnickiemu Cedit

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren.
Capitan. Premysliens. Generosus Stephanus Rogozinski Vicesge-
rens officij praesentis Castren. Premysliens. sanus mente et corpore
existens a iuribus Iudicibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs
et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali
Premysliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet secum
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo
infrascripto Rempe de summis Primo quidem Triginta floren.
polon. primum et originaliter per Nobilem Petrum Sozanski
Waiowicz Honesto Fedko Olszanski Popowicz coram Actis
officij praesentis super bonis suis hereditarijs in quarendentia Polo-
wicy Lepianki Polowicy ogroda y tadu polowice Nio ey na Za-
paswin polowicy na Zarzecu od granice Stupnickiey Nio ey
wszytkiey Sianozęcu od granice Olszanskiey polowicy na dwa-
nal Kniazina in Villa Srelec iacen. modo obligatorio ad Sol-
uendum insinuata et assecuratt., per memoratum vero Honestum
Fedko Olszanski Popowicz Religioso Matthaeo seu Matwiey Zu-
recki Poponi ritus Graeci et ipsius posteris Deinde per eundem Re-
ligiosum Matthaeum seu Matwiey Zurecki Poponem sibi Recogno-
scenti coram Actis officij praesentis cessa et transfusa Deinde de
Summa Quadraginta floren. polon. primitus per Nobilem
Petrum Sozanski Nobilis olim Andreae Sozanski filium per
nominatum Honesto Fedko Popowicz Olszanski super
bonis suis hereditarijs videlicet Lubrzagumnia wierzch
wskiey Item na putraputu zaraz za drogą Item
dicta Kniazynia od Granice Olszanskiey Srze-
lec in Districtu praesenti Premysliensi iacen.

Premyslien modo eodem obligatorio inscripta et ad soluendum asse-
curatt per memoratum Virum Honestum Fedko Popowicz Olszane
ska sibi Recognoscenti coram Actis eisdem Terrestribus Premy-
slien abrepta Postmodum de summa Quindecim florenorum
polonorum primum suprascripto Religioso Mattheo seu Matwiey Zure-
cki Popom per Nobilem Hreorium Sielecki Kulitczak No-
bilis olim Lucae Sielecki Kulitczak filium Actis Terrestribus
Premyslien super bonis suis proprijs et haereditarijs videlicet
cert certa sorte sua auitali(?) in eundem Nobilem Hrehor-
ium Sielecki erga alios Consuccessores suos post Nobilem olim
Annam Lozanska Amittam suos olim Nobilis Hreorij Lozanski
filiis iure naturali [illegible] post sterilem eius decessum deuo
lutt inresidentia(?) et vollexerys(?) quarta sorte Item na Zarze-
cu Agro inter metas extra Nobilium Turowska quarta sor-
te Item na Kniazymie prato quarta parte aneta(?) eiden-
Turowska iacen in Villa praefata Sielce in Districtu Premy-
slien consisten Per eundem Virum Religiosum Mattheum seu Ma-
twiey Zurecki Poponem sibi Recognoscenti coram Actis officij
praesentis transfusa et conuersa Nec non de eodem ipsis supra-
scriptis Inscriptionibus obligatorijs originalibus et subsequentis
Cessionarijs atque de bonis superius recensitis summis supramen-
moratis et Inscriptionibus oneratis Cum parata eiusdem summae prae-
sentis Cessi et bonorum supramemoratorum Intromissione
Tuitione Euictione et emendatione pacifica in hunc
usque per se Recognoscentem continuata possessione Cum
Omni Cuiusque iure Dominio proprietate competentijs
et praerogatiua quauis Cunctis Omnibus et singulis iuris praemisse
Cessi atque Inscriptionum praefatarum Originalium Conditionum summa-
rumque ac bonorum memoratorum summis ijsdem Oneratorum
utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis com-
modis obuentionibus Inscriptionumque obligatorum origi-
nalium Conditionibus punctis clausulis articulis Vadijs
poenis ac nexibus Vtrisque Vniuersis Summarumque ac bonorum
ijsdem Oneratorum attinentijs et pertinen-
me
in Vniuersum

in Universum omnibus Nihil ex praemissis iuris Dominij proprietatis ac
cuiusvis competentiis et praerogativas pro se Recognoscente suisque successo-
ribus aut quoquam alio reservando seu excipiendo. Verum prout praefata bo-
na praemissa omnia ipse met Recognoscens tenuit habuit et possidebat
ipsumque concernebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto
Nobili Iacobo Winnicki et ipsius posteris (accepta ab eo pro prae-
missis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et con-
descendit prout cedit et condescendit praesentibus. Omneque et
integrum Ius suum praemissorum in personam praefati Cessionarij sui
et eius posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et inc
corporavit prout praesentibus transfert transfundit et incorporat.
In quod quidem Ius [illegible] praemissorum omnium cum attinentiis condescensa iam
ex nunc et de facto idem Recognoscens Nobilis Stephanus Rozwaski
supranominato Nobili Iacobo Winnicki Cessionario suo et eius posteris
omnem effectum praesens dat et admittit realem Intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et
Nobiles duos quoscunque solenni officiose acceptandam. Per ipsum
Cessionarium suum et eius posteros ex eadem iuris cessione praemissam
omnia praemissa cum attinentiis Condescensa sua Universis eorum utilitatibus et pertinentiis
fructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et
possidendi libere pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
suorumque Successorum quoscunque beneplacitos libere et effectualiter
convertendi praefati iuris originalis cum omnia latius in se conti-
nentibus praescriptis cessit et transfudit. Vigore Debitis et te-
bitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis
suis quibus omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis
praefato Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores
in dicto iure cesso summis ac bonis summis ijsdem innodatis praemissisque omni-
bus quibus condescensis et ratione earundem cum attinentiis ab eo [illegible]
omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cu[illegible]
rij status et sexus cuiusvis existentium. ex re persona et [illegible]
suorumque Successorum tantummodo et non aliorum [illegible]
praesens cessum summas ac bona s[illegible]

et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere et liberare indemnemque cum posteris reddere Nec non
hoc idem ius suum cessum summas ac bona summis iisdem onerata ac
praemissa omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere iuribus
et inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia prae-
sentibus cessa cuiuscunque personarum modo quocunque eidem ex re persona
et occasione sui Recognoscentis suorumque posterorum tantum modo et
non ultra factis et faciendis Tum etiam a quibusvis actionibus super
eadem praemissa omnia transfusa importatis et importandis Lucris clenisque
et perlucris processibus iuris quibusvis in quovis puncto et gradu iuris
dependentis et in quovis iudicio et officio regni obtentis et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis ex re eadem persona
et occasione sui Recognoscentis suorumque successorum tantum modo
et non ultra perductis et perducendis emundare et liberare mundaque
et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram
officio praesenti admissam in fundo bonorum suprascriptorum quibus
condescensorum dum per M^lem et N^les officiales requiretur non de-
negare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere
datamque et admissam eandem possessionem et usumfructum praemissorum omni-
bus abscessorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumque cessionarium
suum et ipsius successores in praemissis omnibus praesentibus transfusis nullo modo in-
iuriari ita ut hoc idem ius cessum summas ac bona summis praefatis oneratis
praemissaque omnia praesentibus cessa cum universis eorum utilitatibus et usu-
fructibus competentiis et praerogativis quibusvis idem cessionarius suus
cum suis posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis cessionariis
vigore tenere habere et possidere quoad illius vis fieri possit Idque sub
vadio summae Centum quinquaginta florenorum polonicalium per eundem
Recognoscentem sive eius successores praenominato cessionario suo aut ipsius
posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit absolvendum succumbendo
Quo quidem vadio modo praemisso absolvendo succo ac re aliqua
praemissorum praemissis non completa complenda factus ex eis memoratus

Recognoscen

Recognoscens Gnosus Stephanus Rozowski Vicegerens officij praesentis Ca-
strensis Premisliensis aut eius posteri Ad instantiam praenominati Nobilis
Jacobi Wernicki Personaliter sui aut ipsius Successorum Ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premisliense extare recessu supra sero quo ad respon-
dendum spectat. mediante seu per in genuo citationi termino tangere
peremptorio stare tunc parere respondere Vadiam praestare litem
Inscriptioni huic satisfacere ac omnia et singula quae debebit et tene-
bitur se quae suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen-
tibus Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes eundem terminos semper peremptorios Vera infir-
mitate pro maiori minorennitate Successorum legone intra vel extra
regnum servitio militari ad Munimenta ad [?] vel alijs quibusvis
dillationibus et legalibus impedimentis non offerendo ad Judicatorem
praeterea vltra proximos officij praesentis Castrensis Premysliensis
Terminos dillationem sibi non recipiendo Nullasque Motiones appella-
ne ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per [illegible]
plicibus vel triplicatis Evasionibus fatalijs iuris praescriptione terri-
bello conventione ac alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo nec prorsus aliomodo evadendo. Hac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Faliszewski Consorti suae Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitan.
Premysliensibus Gnosus Georgius Faliszewski sanus mente et corpore existens
a terrii [?] Juribus Jurisdictionibus quae suis quibusuis proprijs et com-
petentibus recedendo Praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi
Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac
bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyci-
endo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse de omni et integro iure suo infrascripto Nempe de Interesse seu
Contractu certo inter se Recognoscentem ab Vna et Gnosum Adamum Vla-
dislaum de Siew in Rokitnica Krasicki ab altera partibus ratione

[illegible] rerum